



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. Quomodo interpretari debeat, latè an strictè mandatum Apostolicum, in quo conceditur alicui facultas conferendi beneficia, vel in quo mandatur alicui conferri beneficium, aut actu confertur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ius specialis explicatio de iure requiritur; quorum aliqua ad finem §. i. hujus sect. enumeravimus, quibus addi potest, quod exprimi etiam debeat modus vacationis, an per obitum scilicet beneficiati, vel per resignationem &c. vacaverit, utrum regulare, an seculare sit beneficium, de quo sibi conferendo mandari vult &c. ut sciat mandans Pontifex, de quo mandat.

§. III.

Quomodo interpretari debeat, latè an stricte mandatum Apostolicum, in quo conceditur alicui facultas conferendi beneficia, vel in quo mandat alicui conferri beneficium, aut actum conferitur.

Respondetur primò, quod stricta interpretatio facienda sit mandati Apostolici, in quo conceditur alicui à Summo Pontifice facultas conferendi beneficia, quia talis concessio præjudicat ordinatis collatoribus, & dispensat in iure communi, quod utrumque strictam interpretationem requirit, prout colligitur etiam ex c. Is cui 19. h. t. in 6. & quamvis gratia Principis liberalis & latissimæ interpretationis sit, si fieri debeat contra concedentem interpretatio; hanc tamen latam interpretationem non patitur in præjudicium grave aliorum, prout etiam ex regul. Cancellar. & ex Glossa in c. Tuorum §. V. permittat. de auct. & usu pallij §. ex L. 2. §. Merito ff. Ne quis in loco publico. colligitur.

Respondetur secundò, strictam etiam interpretationem faciendam Mandatorum Apostolicorum, quibus conferri

alicui beneficium mandatur. c. Quomodo 4. h. t. in 6. quia tales literæ, ut Pontifex, sunt ambiziose, de genere scilicet illorum, quæ honestius dantur & accipiuntur, quam petuntur, & si Pontifex mandavit, ut alicui beneficium provideatur, non potest illi ius mandati beneficium curatum, dignitas, aut Canonatus &c. conferri, cum in stricto sensu beneficium hęc talia non veniant, ut ex dicto & si mandetur, ut provideatur illi beneficium in Diœcesi Frisingana v. g. potest illi conferri beneficium, in Ecclesia Cathedrali Frisingana, quia Diœcesis non venit in stricta acceptio Ecclesie Cathedralis uti patet ex Quamvis §. Quamquam. nisi colligatur, quod ampliore gratia huic voluerit facere Pontifex, colligitur, si motu proprio mandatum providendo concessit, aut si impetravit beneficium, cuius executionem alteri tantum demandavit, aut si mandavit conferri usque ad certam Summam quo in casu, si unum beneficium mandatum illam non attingat, plura conferri possunt, dum Summam non excedat.

§. IV.

Quomodo præterea alia quædam mandata Apostolica de procedendo sive rescripta beneficia sua intelligenda.

Primò quamvis nomine beneficium curatum aut Dignitas dictum, & ex c. ubi h. t. patet, potest